

591* Anaglypho Mithriaco, quod Mausii repertum venit inde a. 1800 Innsbruckum in bibliothecam, deinde in antiquarium Vindobonense (Arneth n. 51), cum sit non scriptum, inscriptionem

deo inuicto | mithrae

errore tribuit Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 136, ubi aere expressit.

XXIV. BERGOMVM.

592* vetustum epitaphium nuper inventum via Appia fere ad urbis muros COD. VALLICELL. Romae in domo Pomponii Laeti in monte Caballo GAMM. SABIN. IUCUND. MAZUCH. Ad collem hortulorum CITTADINUS (COD. VAT. 5253 f. 139). In hortulo Octavii Capogalli notarii Capitolini ad pilam Tiburtinam CITTAD. (RELIQUIS LOCIS), si quidem ea loci indicatio recte huc refertur. — Marmorea tabula inventa Bergomi in aede S. Agathae ZANCHIUS cod. a. 1517 et ed., a quo pendent BERGOMATES RELIQUI. In museo extare scribit MAIRONI errore. — Vicetiae appresso M. Pelegrino Filatorio a SS. Apostoli in una casa fabbricata sopra le ruine dell' antico teatro di Berga vi è una pietra piccola di marmo, la quale è stata lasciata in Vicenza a detto M. Pelegrino da un suo amico, nè ha cosa alcuna spettante alla nostra città CALDOGNO, a quo pendent Vicetini reliqui.

PVDENS · M · LEPIDI · L · GRAMMATICVS
PROCVRATOR · ERAM · LEPIDAE · MORESQ · REGEBAM
DVM · VIXI · MANSIT · CAESARIS · ILLA · NVRVS
PHILOLOGVS DISCIPLVVS

Interpolata legitur in corpore Pomponii Laeti inserto syllogae Gammarianae f. 59, item apud auctores qui a Pomponio pendent Petrum Sabinum (cod. Marc. f. 22. 180', cod. Ottob. f. 71', cod. Chig. f. 91', cod. Siederi f. 30'), Iucundum (cod. Ver. f. 135' a manu prima, cod. Magliab. f. 14), Alciatum (cod. Feae f. 63), Cholereum (f. 97'), Pighium cod. Berol. f. 4, Mazochium epigr. urb. f. 43, Fabric. antiq. p. 95, nec differunt exempla Cittadiniana (cod. Marc. p. 143; cod. Vat. 5253 f. 139. 224; cod. Bruxell. Winghii 2, 35) nisi loci indicatione, si quidem vere ad hunc quoque titulum ea pervenit. Genuinam formam proponunt ex urbanis auctoribus codex Vallicellianus G 47 f. 42 bis et Iucundus cod. Ver. l. c. manu secunda. Eandem sequitur auctor Bergomas Zanchius cod. 1517 f. 3 n. 10, ed. f. 72, a quo pendent qui item Bergomi collocant Apian. 93, 2; Smetius 168, 1 ex Ap.; Grut. 653, 2 ex Apiano et Metelli schedis; Caelestinus 1, 61; Mazzolenus ms. n. 15; Serassi Bergomas apud Calogera 41 (1749) p. 367 seq.; Maironi 1, 55; Orelli 639. Item Vicetinus auctor Caldognus n. 96, a quo pendent Ferrettius mus. lap. p. 77 et Cerchiarus n. 60, nisi quod hic emendavit ad Gruterum. Nuperrime egit de titulo Io. Finazzius Bergomas: *Di Pudente grammatico Romano e dell' epitaffio postogli in Bergamo (estratto dalla Rivista Universale, Genuae 1868. 8.)*, ubi addita est epistula a me de eo titulo ad Finazzium data. Legitur in anthologiis Burmanni 4, 325, Meyeri n. 1415.

Titulum ab auctoribus antiquioribus male relatum ad Aemiliam Q. f. Lepidam sponsam L. Caesaris (Tacitus ann. 3, 22. 23), ab aliis autem ob eum errorem in suspicionem vocatam recte demonstravit post Ernestium Borghesius (opp. 5, 296 seq.) spectare ad Aemiliam Lepidam nuptam Druso Caesari Germanici f., qui diem obiit a. p. Chr. 33, cum ipsa adulterii rea morte voluntaria perierit a. p. Chr. 36 (Tacitus ann. 6, 40). Eam natam videri ex M. Lepido L. f. consule a. p. Chr. 6, cum in hoc titulo qui nominatur Pudens M. Lepidi l. ita libertus eius paternus efficiatur. Caesar igitur Tiberius est, cum nurus tam de filii quam de nepotis uxore recte dicatur. Videtur autem titulus, qui Lepidam non obscure reprehendat, post damnationem eius positus esse, id est non statim post obitum Pudentis. — Reperi eum extra ordinem, cum quod in epistula illa in itinere scripta non recte de eo iudicavi, tum quod demonstrandum fuit eum neque ad Bergomum pertinere neque ad Vicetiam, sed ex urbe Bergomum asportatum esse, Bergamo Vicetiam. — V. l. plenam dabo Vallicelliani Pomponii Iucundi Cittadini Zanchii Caldogni. — Vv. divisi ad Zanchium et Caldognum. — Praemittunt Pomponiani D·M omisso versu primo. — 1 GRAMMATICVS Vall., GRAMATICVS Zanchi Cald. — 2 MORESQVE Vall. — REGEBAM Vall. Pomp. Citt. Cald., REG. Zanchi. — 3 VIXIT Cerch. — 4 ATTEIVS ante PHILOGVVS ins. Pomponius cum suis, item Cerch. cum Grutero; Caldognus adnotat: *'il Grutero a c. 643 ne nota una a Bergamo simile a questa, da una parola in poi, che dice ATTEIVS, si che direi per questa parola che fossero due'*. — DISCIPLVVS om. Pomp. cum suis.

598* Bergomi.

dIs manibus | l. fourio l. f. an. uareno eq. s | bergom. uix. ann.
xxxviii | mens. viii d. xx | fouria antidiana fil. piIssim | . . .
.....

Ligorius ms. Taur. 4 (inde Gud. 166, 9).

V

599* Bergomi.

q. meuesius q. f. fab. allus | secundanus leg. x aug | p. me-
sius q. f. fab. priscus | meterator et mensor leg. x | loc. sepult.
fecerunt | in fr. p. xi in agr. ped. xii

Ligorius ms. Taur. 4 a P. Iovio.

H

593* in agro Bergomate.

d. m. s | corneliae q. l. psyches | cineribus
candidiss | a seruius ater flamen
dial | frat. et cor. felix marit | m. p. s.
f. c

Lilius f. 16 (inde Schradaeus mon. Ital. f. 351; Reines. 5, 10 ex Langermannianis; Mazzolenus ms. n. 10 ex Reinesio).

594* Bergomi.

iunoni martiali | sacrum | m. axidius c.
f. anien | lalus praef. fabr | dendrophor.
et cent | u. s. l. m

Ligorius ms. Taur. 4 (inde Gud. 13, 5).

595* tabula aerea Bergomi.

iovi opt. maximo | c. uiuanus c. f. ani.
plan[cianus] eq. r. bergomen | patronus
coloniae et | magister augustalis Iiii | uir
iur. dic. et ii uir sac. f | sua pec. sign.
d. d

Ligorius ms. Taur. 4 (inde Gud. 8, 7).

596* tabula aerea Bergomi rep., postea Romae.

mauertio pacif | c. heluius priscus | ma-
rianus | eq. public. donum d

Ligorius ms. Taur. 4.

597* Bergomi.

dIs manibus | c. axidius c. f. ani | rus-
cus berg | eq. public. IiiiiI uir | augusta-
lis flamen | titialis patronus | munic. co-
lon. fecit | sibi et suis heredib | loc. conc.
et adsign | publice et | l. d. d. d

Ligorius ms. Taur. 4 (inde Gud. 117, 2).